e-codices

bal Q uid tu diuinis condimentis utere
Q ui prorogare uitam poſſiſ hominib; qui ea
C ulpeſ condimenta. co audacter dicito nam
N am uel ducenos annoſ poterunt uiuere meaſ
Q ui eſitabunt eſcas quaſ condidero
N am ego cicilendrum q̃do in patina ſcindidi
A ut ſi polindrum aut meacidem aut
S ane captidem eae ipſe ſe ſe patinae
F eruefaciunt illico aer ad neptuni pecudeſ
C ondimenta ſunt terreſtres pecudeſ cicimādro
C ondio aut apalopſide acataractria
bal A t te iupiter dijq; omneſ perdant cum
C ondimentis tuis cūq: tuiſ omnib; mendacijſ
co S ineſis loqui me. bal loquere atque in malam crucem
co V bi omneſ patinae feruent omniſ aperio
I ſ odos demissiſ pedibus in cęlum uolat
E um in odorem cenat iupiter cotidie
bal O dor dimissiſ pedibus. co peccaui inſcienſ
bal Q uid eſt. co quia dimiſſis manib; uolui dicere
bal S i nuſq̃ iſ coctum quid nam cenat iupiter
co I t incenatus cubitum. bal i in malā crucem
I ſtaccine cā tibi hodie nummū dabo
co F ateor equidem me eſſe coquum cariſſimum
V erum pro precio facio ut opera appareat mea
Q uo conductus veni. bal ad furandum quidem
co A t tu inuenire poſtulas quenquam coquum
N iſi miluinis aut aquilinſ ungulis
A n tu coquinatum ire quoquam poſtulaſ
Q uin tibi conſtrictis ungulis cenam coquas
N unc adeo tu qui meus es iam edico tibi
V trāa propereſ amolliri omnia
T um ut huius oculoſ in oculiſ habeaſ tuiſ
Q uo quo hic ſpectabit eo tu ſpectato ſimul
S i hic quo gradietur pariter progredimini
M anum ſi protollet pariter proferto manum
S uum ſi quid ſumet id tu ſinito ſumere

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. f.%20180r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/f.%20180r)